




392901
392926


St. Or.

III

2527 III. S. II



1041



137

A M O R
IN CORDIS IMPERIO
PRIMVS ELECTOR.

SERENISSIMO PRINCIPI DOMINO,
D. MAXIMILIANO
E M A N V E L I

Bavariæ *Vtriusq[ue]*, necnon Superioris Palatinatū

D V C I,
COMITI PALATINO RHENI,
S. R. I. ARCHIDAPIERO,

^{AC} E L E C T O R I,
LANDGRAVIO LEVCHTENBERGÆ.

^{ET} SERENISSIMÆ PRINCIP'I
T E R E S I Æ
KVNEGVDI CASIMIRÆ,
SERENISSIMORVM
J O A N N I S III.

^{atq[ue]} MARIÆ CASIMIRÆ
POLONIÆ REGVM
F · I · L · I · Æ,

Ad Nuptialis Applausum Pompæ,

Per Regium VLADISLAI IV. Scholarum Piarum Varsav. Collegium
D E D I C A T V S.

A M O R
I N C O S D I S I M P E R I O
P R I M A S E L F C T O R
C O M M U N I O N I M M U N I
D . M A X I M U M . D

O digno nectenda Viro, tantiq; per Orbem
Consors Imperij! Iam Te venerabitur Ister,
Nomen adorabunt populi, jam Rhenus &
Albis

Serviet, in medios ibis Regina Sicambros.

Claud. de nupt. Hon. & Mariæ.

392919

III



SERENISSIMI PRINCIPIES NEOSPONSI.

VSq*, ad oblivionem Majestatis è Cælo honoris augusti in hanc pagellam descenditis Magna Terræ Numinæ, adhuc tamen ingenij nostris Alpes parvæ sunt, ex quarum supercilio ad Vestra vestigia pertingamus. Præsumpsit volare, pronuba Amoris jacula secuturus calamus, ut saltem extremam gloriæ Vestræ delibâsse fimbriam; sed Rhodum ei in primis stadij tentamentis mortali inaccessa pennæ posuit magnitudo, cuius fastigio quantò propius ad Deos acceditis, tantò longinquiùs humana capita superatis. Ultra terminale Herculi fretum, si non extra orbem ipsum quærendi essent illi Plinij, in quorum o-

A

re

re rosas pro verbis adoravit jactantior
rugarum antiquitas, ut hodie ad nuptia-
lis applausum pompæ, dum paranym-
phus necit ferta Hymen, non erubescen-
do Principes plantas redimiant corona-
mento. Solem monstrare digito, quòd
spargat radium, aut Tyrrheno æquori
derivare scatebram, ne torridâ Syrij elâ-
batur linguâ, idem conatus est, quod Ve-
stris laudibus deferre elogia. Tot sæcu-
lorum partu laboravit natura, & cano
penitus delassata senio, vix tandem quæ-
dam ingeniorum enutritivit miracula,
Drusis duntaxat, vel Honorijs celebran-
dis digna, non Vestræ panegyrico Maje-
statis. Infra laudem est, quidquid de Vo-
bis dicitur; imò & dici sufficienter nisi
silentio non potestis. Eloquentius in to-
ta Oratoria nihil habet Cicero, quam
profundissimā gloriæ Vestræ reticentiā;
satis de Vobis dixit si tacuit; tacuit si di-
xit. Quotquot igitur vel noster erga Vos
PRINCIPES SERENISSIMI metus,
vel scriptoriū torcular hic expressit lite-
ras, mutæ sunt omnes, & ad Vestrarum
prodigia virtutū immobili admiratione
defixa super chartam. **M A X I M I L I A -**
N V M

NVM dicerent! at pondus Nominis tan-
ti æternitas ipsa immortali dialecto vix e-
loqui potest, jāq; in vertiginē cū sua sphæ-
ra abiit, quod illi inenarrabilis porro
videaris *ELECTOR SERENISSIME.*
Tercentum millia cordiū ademisti Tur-
cis muros Viennæ quatientibus, quomo-
do huic faciei linguam non auferes? quā-
do supra illius planum, tot Imperatorū,
Regum, Principum, Invictissimis coro-
natus Nominibus, Gradius in lorica,
Augustus in ostro radiabis. *TERESI-*
AM adorarent! si Dianæ vel Pulcheriæ
essent; sed cùm illas fuliginis nativæ ni-
ger deformet horror, sub rosa saltem pro-
dibunt in paginam, ut hâc vestitæ pur-
purâ aspectum Tuum mereantur *PRIN-*
CEPS SERENISSIMA. Dicere Te
mortali labio crimen est Majestatis læ-
sæ, cùm ab ipsis Numinibus dici non pos-
sis pro condigno. Et jam facilius est Jo-
vi orbem universum uno fulcire pollice
ne cadat, quam Te plenis gestare lacer-
tis, ut supra id quod es, valeas elevari.
Quare non suscitamus è favilla Tuscula-
num Rhetorem, nec ex parte facta De-
mosthenis busta movemus de tumulo,

ut Vestram infinitis amplificationibus u-
triq; polo evulgent gloriam, sine Orato-
rum luce Serenissimam. Quis enim Pla-
to licet nectar & Hyblam loquatur, cum
suis non amarescit favis, penes tantorū
Nominum Augustas Ceras? Quæ noctes
Atticæ congrui honoris meridiē dabunt
Serenissimis in Europa Solibus? Vnus
Vester Sanguis est, cuius Augustissimis
Lineis dignè scribi potestis; cæterū
nec auro fusa hoc decus merentur gram-
mata, ut Vestris portandis Nominibus
adsternantur. Quia verò tentavit ali-
quando hæc sepia Vestris se insinuare
purpuris, & inter hodiernæ candores
lætitiae pullata apparere, præsumptuosā
audaciam per singula puncta arctius tor-
quebit prælum. Cumq; jam augustos
luminum Vestrorum splendores videre
immerita, pro Tulliano ergastulo ad a-
tras Typographi damnatur tenebras.
Vos ipsi sitis Vobis, sitis Hymenæo
Principi panegyricus; nobis satis per-
missum gloriæ, quia & tacere voca-
lissimas laudes merebimur.

u.
co-
la-
m
rū
es
nt
us
is
m
n-
us
i-
re
es
ā-
s
e
-
s
e
-

PANE GYRICVS
PRIMVS
SERENISSIMVS POLONIARVM
REX
IOANNES III.



Ælo integro felicitatem no-
stram videntur coronavisse
Dij, quando caput Tuum,
non unius gentis, sed orbis u-
niversi portandis cogitationi-
bus par, hoc quod auspicatissimè geris,
& ultra ter sæcularem Nestoris canitiē
geres, coronârunt diademate *REX SE-
RENISSIME*. Plura nobis jam de the-
fauris omnipotentiæ non potuerunt da-
re; imò exhausta statim gratiarum suarū
invenerunt æraria, postquam Te, unam
& omnem, omnē & unam *GRATIAM*
in augusto Magnorum Antecessorū Tu-
orum Solio collocârunt. Merebaris qui-
dem adhuc ante Iustos, & Iagellones re-
gnare secuturis per ætates Principibus

B

Exem-

Exemplum & Miraculum ; sed arcanâ
Numinū providentiâ, in ea Reipublicæ
tempora reservatus crederis, ut sub Tui
obtentum Clypei, destinata ad jugulum
Europa confugiens , Te Vindicem, Te a-
dorâsset Vindicatorem. Bene est, quod
eadem ætate cum Vespasiano non vixe-
ris ! præripuisset Te nobis ad Imperium
Roma, & Tu fuisses generis humani de-
liciæ , sicut modò es orbis Amor, Patriæ
Amator , utriusq; Vita & Anima. Quod
certamen livoris erit in futuris post fata
nostra sæculis ? quando hæc de Te scri-
pta in fastis legent , quæ nos intuemur
oculis, experimur documentis. Invide-
bunt sine dubio felicitati nostræ, & non
vixisse sub Tuo sceptro conquerentur.
Magna porro beatitudinis ratio est , ali-
udq; in terra cælum, Tua visione frui , &
lacdeo illo vultu vivere, quo Te meritissi-
ma senectus dealbavit. Qui Te vidit,
non est quare amplius moretur in vita,
jam nihil sub sole videbit glorioius. Vi-
dit potentiam Augusti , felicitatem Cæ-
saris , justitiam Traiani , affabilitatem
Titi, magnitudinem Constantini , pietä-
tem Gratiani , sapientiam Theodosij ,
quo-

quorum ita untis omnia expressisti deco-
ra, ut vel in Te revixisse, vel è Tuarum
virtutum prototypo electi ad orbis Im-
perium videantur. Quò enim pertingis
unus, heroum Curia est, quò solus pro-
cedis, exercitum ducis meritorum. Hæc
Tibi gradus fuerunt ad Regni Solium;
mereri illud, non habere voluisti, ut ni-
hil fortunæ, omnia virtuti debuisses.
Alijs poma regia, adhuc inter cunas &
fasciam vagientibus, non tanquam orbis
augusta gestamina, sed velut puerorum
crepundia à nutricibus ingeruntur, ma-
gis ad sistendas infantiæ lacrymas, quam
ad communem populorum lætitiam. Tu
adeo decorum Sarmatiæ fructum, ex Cu-
pressis quadraginta millium Turcarum
decerpens, in laurum Regni Tui transtu-
listi, extincto Oriente Serenissimus. Nec
fortè oblatam Tibi acceptâsses purpurâ,
si illam ipsa Tyrus aut Sidon tinxisset, &
Tu pleno spumantem Tyra non addidis-
ses sanguinem barbarorum. Coronæ sci-
licet præmisisti galeam, sceptro acina-
cem, paludamento loricam, throno cam-
pum, Majestati Bellonam, Augusto
Martem. Luctabatur Tecum integro

biennio honor donec Regiæ caput accli-
naret coronæ, cum qua solicitudinem de
singulis, providentiam de omnibus indu-
ens, curas Tuas nostra fecisti otia, pri-
mam diademati interserens gemmam,
boni publici rationem. Illa dies quæ
Te Imperio orbis Poloni dedicavit, Tibi
eripuit, cùm jam non Tuus esses, sed no-
ster, ubiq; Argus, ut provideres, ubiq;
Gradivus, ut tuereris. Labore Tuo quie-
vimus, insomnijs Tuis dormivimus, casi-
bus Tuis stetimus, salute Tua in mortes
projectâ viximus; & si ultra invidiam
gloriari licet, evasimus immortales. Te
unum semper nostra exceperunt pericu-
la, Tu meta vulnerum eras, quæ in nos
plenis Thraciæ effundebantur pharetris.
Idem triarius idem Cæsar, idem Impera-
tor idem miles; ut Te non in regem tan-
tum elegisse sibi videatur Polonia, sed in
commilitonem, in panopliam, in murū,
in animam, in occasum Orientis. Dia-
dema istud quod nunc augustus Tuus
implet vertex, vix uno sole, dum Te
Creatrix Regum coronaret Cracovia, tu-
listi in capite, statim ad Te reversa est
galea, & thorax Bellonæ propter purpu-
ram

ram dimissus reluctanter. Non solium
visus es ascendere , sed arenam , nec fa-
scis Regios, sed mucronem accipere do-
mitorem. Omnes Regni Tui dies ferrei
Tibi sunt, ut nobis primum illud restitu-
as aurum , quo sub Saturni sceptro anti-
quitas fulsisse memoratur. Si tot hostes
excepisset Roma , quot Tu illos percus-
fisti porrecto semper in laurum gladio ,
nec Livij scribendis suffecissent annali-
bus , nec Capitolinus Jupiter deponen-
dis supra quercum sibi dilectam trophæ-
is. Tu nihilominus cùm ubique gloriosè
fecisses omnia , illud addidisti prodigio-
sè, quòd summa felicitate parcissimè u-
tereris. Non erexerunt Te in fastum
tot Scythicis cadaveribus surgentes à
terra tumuli; non æstimâsti Te Deum
cum parvo jam penes Tuas victorias Ma-
cedone , licet Astris dominareris Threy-
ciis, quando per fracta Lunæ cornua ince-
debas profligator. Nec hostem tantùm
in campo, sed ipsam victoriam vicisti in
animo, idem triumphator & triumpha-
tus, ibi fortitudine , hîc modestiâ, cuius
verecundo rubore non minùs victor ex-
titisti, quàm sanguine enectorum. Né-

C

pe

pe tantus jam es *REGVM MAXIME*,
ut possis ipsos triumphos contemnere;
& si illos annuatim per colla Othomani-
ca liberaliter metis, fructum gloriæ in
campo statim relinquis, contentus hostē
delere ferro, non aureis cum Traiano
scribi literis. Conscius tamen Sol victo-
riarum Tuarum, quotidie illis ignem ac-
cendit triumphalem, ipsæq; barbarorum
mortes Te suæ cladis loqvuntur vindi-
cem, ne eorum felicitas fileatur, quòd à
Te sint trucidati. Nempe intra laurum
est, imò speciosius aliquid ramo Del-
phico à Te vinci *REX INVICTISSI-
ME*. Neq; mirum, continuò Tibi per
ferta civica neci triumphos & laureas,
quando ita vincis, ut vinci à Te victis sit
triumphale. Vapulat vapulat hucusq;
in orbis memoria obseffor Viennæ We-
zyrius, quia ipso Nominis Tui exarma-
tus horrore, arma Tua effugit, quātò glo-
riosior fuisset, si cadens Te sua adoravif-
set morte. Verè barbarus, quòd tergum
Tibi porrexerit. Sed cor eucharisticum
recepisti à Vienna, quam pectore tutatū
veneras; stupuitque fama tam fortē
belli arietem, unius Agno *IOANNIS*
de-

debellatum. nondum enim integrum in
cædem Turciæ nudâsti ensem , & jam
trecentis pugnatorum millibus denudâ-
sti campum. Corona illa Caput Austriæ
ad vertiginem torquens , Regijs Tuis de-
buit dissolvi manibus. Atræ Scytharum
nubes , & tempestas ferrea , quæ totos
Pannoniæ , Moraviæ , & Archiducatûs
Austriaci inundaverat agros , non potuit
nisi à Te Serenissimo effugari. Ita parū
Tibi est pugnare pro nobis, nisi trium-
phes pro vicinis, ut nihil supra Te habe-
at orbis Regnator populus, qui *prima*
pro libertate arma corripuit, mox pro fini-
bus, deniqꝫ pro socijs, tum pro gloria, & im-
perio. Legent hæc post nos victura sæ-
cula in annalibus, & seris aliquando æta-
tibus nascituri historici in cataphractas
Tuas laudes armabunt stylum. Iam Ta-
citus cum Romanis heroibus filebitur ,
ipsi de Te librarias implebunt fasti ; Tu
unus per rostra & palæstras audiēre ,
quantum fidei , quantum ruituro orbi ,
quantum Patriæ profueris. Erunt, quo-
rum capita intrare non poterit fides ,
quomodo per unam vitam patrâsti ea ?
quæ si centum ætates vixissent Numan-

tini vel Africani, adhuc agere non incepissent. Nos ipsi Tuorum spectatores facinorum dubitare cogimur, oculisq; nostris non credimus, & nisi Tu egisses, necdum crederemus. Numerare receptos cælo, & plenissima æternitate coronatos triumphos Tuos qui vult, numeret stillatim Danubij, Borysthenis, Tyræ, Maris Euxini aquas, ubi ita cum tribus orbis partibus contra Te effusum vicisti hostem, ut nihil alijs quod vincenter reliqueris. Sqallent adhuc per totam Podoliam & Valachiam prostratae Turcarum tibiæ, Scythicorum ossium permixtæ fistulis, quas Tibi in gloria classica, Orienti in lugubrem lEFsum convertisti. Albert Pannonicis disjecta campis Odrysia cadavera, istoq; pallore testantur, etiam post fata in se Tui Martis timorem non esse mortuum. Quoties deartuatas Tauricanorum laterum intuemur crates, Tuo ense perfractas, dicimus: ad quæ erga stula damnata fuisset Polona libertas? nisi Te Liberatorem habuisset. Quocunq; enim procedis **REGVM POTENTISSIME**, vel Tibi in trophæum accendis ignes, vel

vel hostem extinguis , vel metis lauros ,
vel plantas cupressos , & præsens pugnas ,
& absens vincis , nec tantum ense sed
Nomine *IOANNIS* profligas. In Te
uno integra portas castra ; si ipse super
arenam stetisti , Xerxis imples exercitū ,
unus militia, unus phalanx , unus agmen
Spartana acie immobilius. Post duode-
cim exantlatos cū ursis , & leonibus labo-
res clavam tandem deponit Thebanus
Hercules, quasi satis militavisset immor-
tali gloriæ, quòd septem capita Lerneæ
truncasset serpentis. Tua vita, tota est
militia, neandum tamen fractum victorijs
animum manumittis. Continuent Ti-
bi fortunam pleno favore Superi ! nulla
Regni Tui hora in æternitatem non de-
finat ! omnis dies sit Tibi Iovis Vindicis ,
Martis Laureati , Lunæ fugientis. Tui
namq; muneris est , quòd hucusq; inter-
tot funera regnorum vivamus. Regref-
fa est ad Europam anima, quando Tuam
in primis cuneis vidit pro se militantem ;
alias sepulchrum jam sibi quærebat, ubi
longo fatorum lassata anhelitu caput po-
neret , nisi Tu Regium Tuum in Orien-
tem porrexisses , sub cuius umbra ab æstu

D

ar-

armorum conquievit. Ipsum Cælum
Mauritano Atlante perfracto jam corru-
ere videbatur, sed Tu non contentus Pa-
triæ felicitati militare nisi vinceret &
Deo, simul terræ, simul cæli gerebas ar-
ma. Quām dulce illud spectaculum erat,
ad deserta Sanctuaria regredientem vi-
dere Deum! cui *IOANNES* Anteam-
bulo mucrone signabat triumphale iter.
Non potuerunt aliter ad sacra sua pulvi-
naria redire Indigetes Pannoniæ Dij,
quām per insomnia Tua, & excubias.
Sub Tuum vestigium abjectæ hostium
calvariæ, Crucem erexerunt Christi. Sol
Iustitiæ à Luna Othomanica pulsus re-
fulsit in Clypeo. Panis Vitæ, capitū Tur-
cicorum fæcundam secutus messem, vi-
duas altarium impinguavit mensas. Di-
cere volo: Te Assertore rediit ad templo
sua Deus, hominum vesano furore extur-
batus. Quomodo armorum Tuorū præ-
fidio Christianus nō debuit salvari orbis?
qui adeo Potens es, ut & ipsum Deū exer-
citū defendas. Nec irritos sudores hæc
evindicati Numinis clientela fudit. Ple-
na enī manu vitæ Tuæ benedixit diebus;
ut etiam in Cælū, nisi post spectatos Serenissimos
Tuos Abnepotes abire non possis Regnaturus.



PANE GYRICVS
SECUNDVS.
SERENISSIMA
POLONIARVM REGINA
MARIA CASIMIRA.



Ihil tibi non secundum pollicere Lechia ! Reginas Poloniæ duas habes, unam in Cælo, alteram in terra, utramq; *MARIAM*. Ioanni illa redita sub Cruce in Matrem , hanc, Martē pro Cruce *IOANNES* agens, accipit, & Regno & gratijs Serenissimam. Scilicet totum cum Dijs ex pari participas Augusta Maria ; à terrena specie hominum , unum Te individuum segregavit natura, ut licet ex innata magnis mentibus modestia hominem Te dicas , propter immortalitatem tamen gestorum Tuorum, & Deas virtutes in pectoris Cælo Tecum regnantes, hominem Te agnoscere vereamur. Cedit Tibi Regia Iuno thronum, fidereoq; delapsa folio Majestatem Tuā

Iovis purpurâ augustiorem veneratur.
Prudentia, ceu Pallas altera , ex Tuo jam
præter apolos nata cerebro , penes Re-
gnatorem & illa Vmbonem , quidquid a-
git, videtur non mortale. Diana, vultus
Tuus est venusta Charitum decorus tria-
de ; imò multùm huic permittimus Deæ,
si eam comparamus genis Tuis vere æter-
no florentibus. Diu debuit cunctari Cæ-
lum, antequam raris generandam ætati-
bus Tuam formavit faciem; nec ut in do-
tes Pandoræ uno impendio, sed totius in-
dustriæ profusione laboravit. Et quam-
vis Tibi aliquando remissius cum Maje-
state agenti , deserat aurem refibulatus
unio, nec Regiæ cervicis ebur Erythrea
distinguant grana, innata tamen rubriq;
margarito æquoris elegantior venustas
sua se ornat pulchritudine ; ut ipsi si Te
(ad dignitatem oris Augusti tremente manu)
depingant Apelles, monilia & adamans-
tes, non nisi calceamentis vel extremo
purpuræ appendant limbo. Pallet exter-
ritum aurum , & mitiore radium disper-
git luce , quoties ipsi rutilandum est in
Tuo muliebri mundo. Dempto à fronte
Regia , aliquis statim accrescit fastus ,
ali-

alijsq; jam nobilius metallis, suo turget
in pretio, quòd meritum fuerit Tuò atta-
ctu honorari. Pigmenta sunt, & per co-
lores infascinatæ pupillæ ludibria, Ga-
nimedis in vultu ridentes rosæ, si Pæsto
illi integro, quo Tuò purpurantur malæ,
auderent comparari. Lepores Tui o-
mnium venantur animos; sales Tui ipso
svaviores nectare, inconditas faciunt
Pulcheriæ gratias; nives Tuæ quibus su-
per Ryphæam pruina candidior re-
splendet facies, accendunt admiratio-
ne, glaciant pavore universos. Quan-
tò verò formæ immortalis majestas eve-
hit Te Cælo viciniùs, Dijfq; miscet su-
peris, tantò profundiùs ad hominum de-
scendis paritatem; ut Te & supra nos
folio evectam timeamus subditi, & in-
ter nos parva ac in compendium revo-
cata magnitudine agentem, amemus
clientes. Prætendant alij superciliosæ
Majestati nubem, ne unquam à populo
visa, sibi duntaxat in abscondito conclau-
si luceat; Tu quia *SERENISSIMA*
es, omne involucrum frangis, quod Te
nostræ eripiat palpebræ, duo ad prodi-
gium coniungens: amorem, & Majesta-

E tem

tem. Nimirum solem Te Aquilis Po-
lonis exhibes, quem etsi pupillâ hauri-
unt, fontem luminis non absorbent.
Quis à Te publicæ felicitatis Ara, rediit
non beatus? cuius tempestatem vel um-
bra non serenavit Tua? quem angustia-
tum Regia dimisit amplitudo? Spem su-
peras, cupienda prævenis, præstare Tibi
est quām nobis optare velociùs. Regiū
nempe existimas petentium coronare de-
sideria, gratiarum omnium æquè prodi-
ga, ac avara, omnes mereris, omnes spar-
gis, nec possidere Te felicitatem credis,
nisi tribuas, & sicut præ alijs tenes fortu-
nam cum maximis, ita cum optimis deri-
vas in alios exhibitione facti votorum
studia antevertens. Oceanus jam aquei
cor elementi in torrentem desineret, si
tantâ falsedini suæ, quantâ Tu dulcissi-
marum gratiarum emanaret profusione.
Ex intervallo gloriafa Titi agit liberali-
tas, dies integros quandoq; otiusq; Ti-
bi nullum elabitur momentum, ut mo-
numentum in nobis beneficij non relin-
quas. **Q**uasi non in India, sed in Tua
dextera Hydaspes esset, Tagusq; & Gan-
ges caput suæ Thetydis à manibus Tuis
de-

derivaret. Neq; tantum de thesauris
Tuis terram, sed & cælum locupletas.
Omnium donorum largitor Deus à Te
ditescit; quem ita iam Tibi obæratum
fecisti, ut totam exsolutioni æternitatē
impendat necesse. Capitolinis augusti-
or manubijs pleno trophæorum acervo
laureatur Polonia, dū hinc *IOANNES*
ferro triumphat hostem, inde auro vin-
cit *MARIA* Deos, magno quia de Su-
peris triumpho. A cunabulis imperij sui
usq; ad capulum, ensem vaginæ non in-
tulit Roma, tantumq; sub galeis sudavit
cataphracta, ut dubium fecerit, diutiùs
ne vitam, quam bella duxit; nunquam
tamen gloria populorum domitrix, de
victis retulit coronam Dijs. Tu eiacula-
torijs Cælo metuenda precibus, quoties
Regium coram altari acclinas poplitem,
arcum Tibi flectis triumphalem. Quin-
quagesies de die ad mandatum Tuum, &
expensas Reginalis auri divus Numinis
funditur in ara sanguis, Tu nihilominus
capto iam, & ad orbitam Panis Euchari-
stici redacto Deo, pertinaci athletica *ra-*
rum in Principibus exemplum! de genu
cum illo decernis. Explicuisses pridem

in Empyrea illius Patria victricem pur-
puram Tuam, ac integrum Cæli accepis-
ses Regnum, sed addictior felicitati no-
stræ, quam Tuæ gloriæ, inter tot sublu-
naris procellæ turbines fulges nobis *SE-*
RENISSIMA. Te siquidem alterâ Re-
gni animâ vivimus, quando Vita Europæ
IOANNES per mortes grassatur Threy-
cias. Te, illo absente Sole, congelati pa-
vore *ne quis leti pallor Regiam auderet in-*
cestare purpuram recalescimus universi.
Inducis malaciam in desolatos animos,
licet Tuum cor æstuosissimo fluctuet
mæroris pelago, postquam & Invictæ
eius confidis virtuti, & humanæ metuis
vicissitudini; & secura es de lauru, & ta-
xum formidas diadematis etiam se im-
pleteantem. At quod telum præsumeret
aliquando hunc libare sanguinem? quis
chalybs non trepidaret, illud vel extre-
ma cuspide gustare pectus? quod omni
saxosius Caucaso, Patria in obtentum,
hostis habet in Charybdim. Venit venit
ille plaudentibus redux aquilis, calca-
toq; Hæmo altior, post cruenta Thra-
cum respiraturus expiria, Te Cor sui cor-
dis revisit. Tu verò vix bellici nexum

re-

resolvit cinguli, vincula amplectendo
inycis, ausumq; in trabea confidere Gra-
divi pulverem dextrâ castigas Regiâ.
Tunc prolixiora moræ intervalla con-
questus amor, indices lætitiae protrudit
lachrymas, istis gemmis gratificaturus
præsentiae. Tunc exaggeratæ solicitudi-
num narrationes, & spei cum timore lu-
ctantis prælia: qualiter fulmineum illi-
us animum arcebas votis, invictæq; ti-
muisti audaciæ, ne & in Cælum transfer-
ret arenam, aduersùs Orientis Lunam
bellatura. Ita Tibi singulæ annorum te-
xuntur coronæ, sic omnes suum Hespe-
rum seqvuntur soles; ut videaris non di-
adema Poloniæ, sed incudem portare
cogitationum æternarum. Miscuit ta-
men Cælum his absinthijs favos, quando
dulcia Pignora ex Serenissimis derivata
Ceris, ad sceptra & orbis coronas præ-
lecta fovet manibus Regum educationi
destinatis. Jam illis Phænicia texit au-
gustos murices, quæritq; digna lacertis
vellera; jam Indus decolor flectendum
in diademata examinat Vulcano aurum,
ardens illud inter flamas anhelat, ut
quamprimum Regias ascendat frontes;

F

iam

jam albas Dij tenent dextrâ aleas, iucundam oculis Tuis exhibituri fortem. Quæ gentium, quæ orbis æmulatio erit de Vobis *PRINCIPES SERENISSIMI?* quando se complanata ultro sternent *JACOBO* Solia. *ALEXANDRI* caput præter Orientales lauros, vincient Europeæ coronæ. *CONSTANTINVM* ipsa supplex invitabit purpura; & debetis omnes Regnare rogati. Videbis hæc *MARIA SERENISSIMA*, lætiātiamq; toto cordis Tui augustali non cōprehendens, etiam in nos publici gaudij anallēcta derivabis. Matrem Te quatuor Natorum fecerunt Superi; tot etiam orbis partes habet, illorum Imperijs servituras. Vide cæcum Numen Parca! ut tamdiu aureum vitæ Regiæ protendas stamen, donec solis utramq; domū purpuret Augustus illius Sanguis; donec è Serenissimo Bavarici Leonis thoro illi Pronepotes succrescant, à quibus *PRINCEPS TERESA* nomen geret Aviæ; donec satis sibi, satis Regno, satis gloriæ vixerit immortali.



P A-

PANE GYRICVS
TERTIUS.
SERENISSIMI
MAXIMILIANVS
EMANUEL
TERESA
KUNEGVNDIS
CASIMIRA
PRINCIPES NEOSPONSI.

AD Vos iterum immortalium
operum anhelitu fessa gradum
reportat Oratio; geminumq;
jam *IOANNIS & MARIAE*
emensa Cælum, sub extremo
plantæ augustæ calcaneo per umbras
istius sepiæ occasum quærerit *PRINCI-
PES SERENISSIMI*. Decebat inter
Hymenæi Vestri Lumina totius Europæ
concentratis rutilantia splendoribus, in-
tegro vestitas sole venire dictiones, & a-
stra non literas fundi à calamo; sed cùm
omnes Eloquentiæ Cynofuras Majesta-

te Vesta extinguitis, in Hespero saltem
lucis hodiernæ triumphale jubar liceat
nobis comitari. Primus pupillam influis
Orientalium occasu armorum, & Lu-
næ ereptis fulgoribus utriusq; Phæbi a-
spectum hebetans *ELECTOR SERE-*
NISSIME. Inferunt se Tecum in pagi-
nam triumphales Tuæ legiones; infert
laureatæ militiæ indiremptus paries, vi-
vaq; pectorum Bavoricorum mænia; in-
ferunt perpetua coronarum messe repul-
lulantes Pannoniæ campi, ut ipsæ stati-
onibus suis distinctæ literæ stylū in gla-
dios, puncta in cuspides, incisa vertant
in cicatrices. Nec sine prælio cataphra-
cta procedit svada; dimicat secum colli-
fione mutua, qua prius panegyri Tuæ mi-
litabit gloriæ? vnde armatas aggredietur
laudes. Hinc enim Hungariæ montes in
Romana Marti Tuo excrescunt Capito-
lia; inde triumphales defensæ Viennæ
portas aperit victura post vitam Tuam
æternitas. Hinc septuaginta Scythica-
rum pharetrarum millia in arcus flectū-
tur victori; inde repetitis cladibus exer-
citus Wezyrij deletus invictæ ponit in-
scriptiones Fortitudini: *Solus eras tantam*
qui

qui posses vincere gentem ; ut in hoc spatio-
fissimo gestorum Tuorum Oceano velut
quâdam Isthmo Oratorum ingenia coar-
ctentur. Plus in illa funerum tempesta-
te Tu egisti gladio , quâm vel nos dicere,
vel spes publica potuit expectare. Cele-
ritatem victiarum Tuarum quæ asse-
quentur pennæ ? par fulmini es , venis ,
percutis , recedis triumphator. Nomen
Tuum vix audit , jam timet manum Tur-
cia; nec pugnare Tibi opus est , sed *MA-
XIMILIANI & EMANVELIS* me-
tuendas Auroræ voces in acie statuere ,
plus illæ ad exarmanda hostium valent
pectoræ , quâm cunei & phalanges. Nu-
llum tamen discrimin est , cui non occur-
ras ; nullum fati robur , ad quod invicta
Tua non allidatur fortitudo ; & autho-
rem & actorem Te audendi exhibes. Ne-
que ut aridus Xerxes ex littore spectas
fluctum prælij , æstuosissimum Gradivi
æquor ipse involas , tam manu præsens ,
quâm confilio , triarius & Imperator.
Legit hucusq; grata ætatum recordatio
Austriacis aspersas campis Tui sudoris
gemmas Viennæ evindicatæ pretiū im-
mortale , ubi quantum egisti speciosior

G

pul-

pulvere, ipsisq; augustior periculis no-
stro ævo sunt prodigia, futuro portenta.
Tu tamen minora **MAXIMILIANO**
agere existimans, si ultra unius campi
terminos Tua se non proferret gloria,
necdum deterso sudore madidus, irâq;
adhuc nupernâ calens, bellis Te Panno-
nicis inferebas. Sed Cannensis fortunæ
crimen experta Luna, fractis jam Austri-
aco bello cornibus, frontem Christiano
porrigere non ausa Marti, filices muro-
rum, & saxa obiecit. Aspera laurus, quia
ex petris carpenda. Lapsis nihilominus
in arena pectoribus, quæ viva sunt ca-
strorum propugnacula, nec lapides stare
incollisi poterant. Vno assultu ejecta Stri-
gonio, & fractis Budæ semicontrita mæ-
nijs, tantò vicinior fulmini, quanto Iovi
proximior, Alpes Hungariæ, Belgradum
ascendit. Tum verò hic non acetum
cum Annibale, sed sanguis Tibi fundēdus
erat **ELECTOR SERENISSIME**, vi-
ctoria ex nubibus detrahenda, Cælum
priùs, quàm arx scandendum, & saxa, &
hostes perfringendi. Cingis tamen obsi-
dione clausos, hâc coronâ omen trium-
phi auspicatus. Neq; spes eventu caru-
it,

it; statim enim Victoriam Tuam caden-
tibus muris adorârunt barbari, & pro-
prio cæsi rubuerunt sanguine, quòd ma-
chinis pulsantem portas Gradivum Tuū
non illico admisissent. Totam vitam e-
vertendæ Carthagini impendit Scipio,
ductisq; tribus in Africam bellis, vix tan-
dēm æmulam Romanæ gloriæ prostravit
urbem in Nepote. Tibi unus assultus
suffecit ad laurum, venisti, vidisti, & vi-
cisti. Cessit virtuti salebra, fortitudini
filex, pectori murus, animo rupes, *MA-
XIMILIANO* fortuna. Hic porro in
plenilunio doloris stetit Othomana
Cynthia, Tuisq; supplex advoluta vesti-
gijs, solem sibi clementiæ oriri precaba-
tur. Sed qui Leo veneras, nobiles iras
pietate temperâsti, sternere contentus,
noluisti conculcare. Dignum Principe
existimans, ferrum ponere, cum hostes
ponunt feritatem. Sic Ter Maximo Deo
Religione, Augustissimo *LEOPOLDO*
Vrbe, populis restituta pace, Obsidiona-
libus ad Viennam, Civicis ad Parkanum,
Vallaribus ad Essekum, Muralibus ad
Budam & Belgradum Coronis, laureatū
Victor Exercitum reduxisti. Si Troiano

equo talem militiam inclusam habuit
Græcia, qualem Tu gloriosior ævi nostri
præcedebas Achilles, quid mirum, quòd
Ilium & Hector mora fatorum cecide-
rit? Duodecim Leonum Bavoricorum
millia numerabas sub aquilis; paruum
numero, magnum virtute agmen, & cui
cessisset ille galeatus Alexandri Senatus,
quo orbē debellavit universum. *Omnes*
enfē pares, atq̄ omnes vincere digni. Reces-
sist ex Hungaria portitor triumphorum
Atlas, & statim Cælum cum Dijs ruere
visum, novam belli excivit procellam.
Incendium quod tegebatur favillā eru-
pit, modestior unda sine tridente in flu-
ctum profiliit, ipsa serenitas graviùs ful-
minavit, nec reverita laurum Tuam, quā
captum vinxisti Belgradum, hosti reddi-
dit. Scilicet ut esset iterum, quod vince-
res *DVX INVICTISSIME.* Invidit
Te Pannonia Belgio, & hoc illicium in-
venit reducendi. Herculem monstra
trahunt, fluctus Iasonem, Pyrrhum præ-
lia, Te triumphi. Tua hic rursus debebit
sudare fortitudo, Tua triumphare gloria.
Segetem Tibi virtutis hostis ipse porri-
git; metes, metes illam per colla Turciæ,

&

& Austriacâ colligatam Fasciâ in ara Honoris Tui immortalitati dedicabis. Modò dum pronuba Hymenæus accedit lumina, agitatas victorijs extingue Bellonæ faces. Cedat laurus pacali oleæ, cāpus choro, lituus lyræ, lorica ostro, supercilium genio nuptiali. Cedit & candidissimo Charitum Tuarum agmini **PRINCEPS SERENISSIMA.** Actū agit disertissima Oratorum suada, si the atrum venustatis vultum Tuum, ubi Majestas & decor amænam oculis scenam celebrant, superlationibus verborū attollit ultra Gratias. Tres illas invenerunt aplogi, Tu una millenas in ore exhibes, ut ipsa cogatur se quotidie in vitro mirari forma, quam pulchris augustam faciem dotibus purpuravit. Extinguntur argenteis comatæ cirris in æquiparatione Tui Cynthiæ. Penes innube frontis jubar, & geminos oculorum Phæbos, ad Pleiades damnantur Serenæ. Vernatum genarum rosis, alboq; lilio cervicis herbam Nymphæ porrigunt. Satis illis permisum fortunæ, si ad Tui conclusis limen admissæ nivea oris Tui ligustra videre mereantur. Nescio quid nascitu-

H

ris

ris post Te Heroidibus elargietur natura,
quando ita se totam in Tui vultūs exina-
nivit elegantiam. Faciliūs erat Idalica
illa Dearum de pomo certamina Phrygio
conciliare Iudici, quām pugnantes secū
in ore Tuo gratias, dum hinc Pæstanus
rubor, hinc lacteus candor de palma con-
tendunt, & hic adorem, & ille meretur
plaufum. Accedunt venustati, gemmæ
pulchritudinis virtutes, quas ab augu-
stis *SERENISSIMÆ MARIÆ* exem-
plis in Te derivatas, *TERESIÆ* dotales
fecisti. Affabilis Majestas, nō elata gravi-
tas, comis modestia, Vestalis pudor, ze-
losa pietas, matura prudentia, mansveta
bonitas, aliaq; Civilium virtutum coro-
na, quæ Regio Tuo conjunctæ Sanguini,
sicut à Serenissimis accipiunt splendorē
Ceris, ita reciproco trabeatas lumine, ul-
tra auream Cynthij provehunt claritatē.
Laudare magno Deorum scrutinio æsti-
mata dotum Tuarum prodigia qui vult,
ipsa peroret admiratione. Sublimiter
dixit, si profundè filuit. Nihil aliud
PRINCEPS SERENISSIMA de Te
Oratores dicant, quām quod sis *IOAN-*
NIS & MARIÆ Filia, jam omnes Ma-
ie-

jestatis Tuæ Panegyricos duorum Nomi-
num argumento impleverunt. Tanto-
rum Poloniæ Numinum Nata , ipsius
Cæli paranymphis favoribus Tibi connu-
biali maritatur vinculo *ELECTOR*
SERENISSIME. Diu astra parem te-
nuerunt trutinam , cui ex Europæ Prin-
cipibus hæc debuit sociari Atalanta , do-
nec Tu felicior Hippomenes stadium lu-
cratus, cor rivalibus studijs metam posu-
isti. Vtrumq; Tibi & armorum, & amo-
rum theatrum laurum porrigit. In cam-
po hostes, in amicitia affectus triumphas,
gloriosiore , quia animorum victoria.
Facilius enim sternuntur acies quam
voluntates, citius mænia, quam pectora
perfringuntur. Quid tantorum Siderum
conjunctione Christiano portendat orbi ?
curiosi stellarum indagatores dicite ! Au-
gustus Imperator mensium Serenissimas
connectit Domos ; sternite Regna thro-
nos orituris è Bavaro Sanguine ad Im-
peria terrarum Principibus ! Adulta Ce-
res messorias aristis coronat Kalendas ;
time Turcia capitum Tuorum messem !
quam in te necdum genita , & jam me-
tuenda Leonis Bojci truncabit Proles.

Pretiosus Serenissimarum Familiarum
unio inter belli generatur tonitrua;
quòd sola hinc contra Orientem sint
nascitura fulmina. **MAXIMILI-**
ANI & TERESIÆ Augusta No-
mina, in ipsis vocum capitibus Martem
Terribilem Minantur Thraciæ. Videbis
hæc **ELECTOR SERENISSIME** in
documento, quæ modò accipis à nobis
in augurio. Spectabis coram Te reptan-
tes per scuta parvos Hectores, quos Tibi
obviām post Othomanicos redeunti tri-
umphos è conclavi **PRINCEPS** manu
ducet **TERESIA**. Illi laureatas victo-
riâ dulci bafio svaviabunt dexteras, avel-
liq; tenerū non sinent amplexum. Tunc
à fulminatis Thracibus relicta adhuc in
supercilio Tuo decedet è fronte tempe-
stas, innubisq; arridebis salutantibus.
Cumq; jam prætextam exuent, & mol-
les loricæ aptabunt lacertos, aquilas Gra-
divi Tui antevolantibus monstrabis im-
mortalia Fortitudinis Tuæ mnemosyna
Budæ & Belgradi prærupta, per quæ Leo
Tuus ferebatur ad laurum, pro Aris,
LEOPOLDO, & gloria.

PA-



PANE^GYRICVS

QVARTVS.

SERENISSIMVS

REVERENDISSIMVS

CLEMENS

IOSEPHVS

Archiepiscopus Coloniensis
ELECTOR S. R. Imperij.

DECCAMUS in clementiam Tu-
am , dum audaciore calamo
in Tuum confurgimus No-
men. Non quod hostile ali-
quid moliamur , sed quia im-
par tanto Nomiⁿi penna præsumente
consilio tractandas accipit laudes , qui-
bus se scit non suffecturam. Avelli tamē
non poteris à SERENISSIMO FRA-
TRE ; & quos unus portavit uterus , u-
na educavit Domus , in Fraternæ felici-
tatis confortium venies , quæ per augu-
sta Sarmaticæ Regiæ connubia , Bavari-
cam Aulam subintravit. MAXIMILIA-

NVM venerati sumus Martem tunicâ
tectum adamantinâ ; Te verò licet San-
ctioribus aris admovit Fortuna , non ta-
men extra præliarem aciem posuit : cùm
militanti initiari Ecclesiæ & sub Infula
gestare caput est arma profiteri. Nec
enim sago tantùm datum est ad bella na-
sci, etiam sacratior toga imbelles exclu-
dit animas , & à Pontificio Pedo ea geri
possunt subinde , quæ à Martiali hasta
vix exspectes. Non caret suis hostibus
Ecclesia, quæ sanguine fundata est , san-
guine crevit , sanguine nutritur, sanguine
finem habitura ; ideo auxiliaribus co-
pijs indiget Herois Christiana , quas à
Vobis potissimè exspectat , quos DEVS
& Infulatos , & Serenissimos voluit esse
Polemarchos. Adeoq; pietas hic ac eru-
ditio armatura fortissima ; quæ quàm in
Te pulcherrimè emicant, vel ipsa *ELE-*
CTORALIS indicat *COLONIA*, dum
ex bonis elegit optimum. Benè ibi ma-
gnæ discernuntur indoles , nec tam fa-
cile in indignum inclinantur vota : fed
omnibus virtutibus emineat neesse,
quicunq; addicta suffragia vult experi-
ri. Disquirit exactissimè Scrutator calcu-
lus

lus, tempestivè providens ne incidat in
leporem, cum Res Catholica indigeat
LEONE. Præter innumeras animi do-
tes & parem tanto culmini spiritū, etiā
BAVARICI Sanguinis in Te respectus
habitus. Pulcherrimum quippe consiliū,
eos Ecclesiæ gubernaculo admoveri,
quos hinc virtus, inde Natalium Celsitu-
do reddit Potentissimos. Ne Petri laci-
nia vilescat, optimè superinduitur pur-
pura; destructo præsertim sæculo, ubi
Apostolica paupertas non in illo, in quo
olim pretio: & hæresi altius cristas erigē-
ti benè opponitur Majestas, diminuen-
dâ sui & Ecclesiæ reverentiâ, nisi per au-
gustæ originis quæratur pompam. Amāt
& Tiaræ innutrita Principum Mitris ca-
pita, nec dehonestat Præfuleum Scipio-
nem manus, quæ ex assveta sceptris eli-
gitur Domo. Illustris per se Pontificia
purpura, sed illustrior, ubi Gentilitij ac-
cedunt fulgores. Boicus dum rugiet
LEO, quis sectarius non timebit? per-
stringet lippientes oculos immensa cla-
ritas, quæ & Pontificiæ authoritatis, &
confanguinæ serenitatis radios evibrat.
Ita tamen clementiam Tuam moderaris

CLEMENS SERENISSIME, ut hinc
à Præfule amor , inde à Principe debita
persuadeatur veneratio. Et hæc optima
in illos regiminis ratio , qui vel flecti, vel
frangi indigent. Bavariæ pietatis fuit
Episcopatus fundare , sit etiam ejusdem
possidere. Excurrit in barbaras Otho-
manidum Lunas **MAXIMILIANVS**,
remanent internæ Domi viperæ ; dum
ille pro focis , Tu pro aris excubas, ille
Marte , Tu arte, ita Gentilitium erudi-
entes **LEONEM** ut parcat subjectis,
debellet superbos. Accedit ad tam Au-
gustæ Infulæ honorem & Serenissimus
ELECTORIS splendor. Ingens felici-
tas eligente calculo eum decernere , cui
caput inclinet orbis, & ejusdem voti es-
se , cuius est Divinitas. Quanquam &
BAVARICI Sanguinis ea est Magnitu-
do, ut ad summum imperium non elige-
re tantum , sed etiam eligi noverit, do-
cumento relicto, imperasse è Domo Ve-
stra , & augustissima sceptræ tenuisse.
Et hoc est **PRINCEPS SERENISSI-
ME**, quod ut Tuæ ita nostræ quoq; ad
scribimus felicitati, Sarmatiam Bavariæ fæderari,
& Tibi consanguineam reddi per **MAXIMILIA-
NI** cōnubia, animorū imò regnorū nexus trahentia.

nc
ita
na
vel
uit
em
no-
s,
m
le
li-
s,
u-
us
ci-
ui
f-
&
I-
e-
P-
C-
i-
d-
H-
2-

PANE GYRICVS
QVINTVS.
SERENISSIMI
IACOBVS,
ALEXANDER,
CONSTANTINVS,
PRINCIPES.

Augusta tenuioris chartæ spa-
tia temeritatis suæ mirantur
ausum, quòd eorum bajula
non metuant esse Nominum,
sub quibus gemit brevi casu-
rus Oriens, lapsu pudendo gloriam & no-
men Lechiæ ad invidiam sæculorum ere-
cturus. *IACOBVS MAIOR, ALE-
XANDER MAGNVS, CONSTAN-
TINVS*, extra ætatem summis omnibus
par; Nomina sunt ipso pænè timenda so-
no: Castra implant titulis, fugant bar-
baros, cernua ad plantas sternunt impe-
ria. Mancipata tantis Fortuna Nomi-
nibus, tributarius & honor Serenissimo

K

San-

Sanguini, quos fasces, quæ non parant
fastigia? sed cuncta meritorum Virtu-
tisq; Regiæ magnitudine minora fore
metuunt. Ipsa Regnorum decora, Pro-
vinciarum diademata, ultro hos invola-
re ambientia vertices, diuturniores incu-
sant moras, nimiùm se censendo demis-
sa, nisi his eleventur; obscuramq; suam
deplorando serenitatem, si ab augustis
Poloniæ Principum temporibus lumina
& pretium non derivent. Allicit ad se
JACOBVS Coronas, & Serenissimis Na-
taliū, & eruptis Othomanicæ Lunæ
splendoribus. Plus quam solaris fulgor
hic, Aquilinam Sarmatiæ satiat pupillā,
& fascino hostilis palpebræ incantantes
fauiat Bistonum Basiliscos. In au-
rora adhuc ætatis suæ ad Viennam lucta-
tus *JACOB* extinxit Orientem; Filius
tonitruī Scythica repressit fulmina;
ad cuius vel ipsum Nomen, Odrysium expal-
luit morte Gelonum sidus, quodq; ad
fui plenilunium, Europeum sitiebat or-
bem, sub triumphali planta Principis de-
tumuit fatali decrescente. Nullus tunc
lethalior Tauricæ ictus quā à tyrone *JA-
COBI* dextera. Depontanum annis &

victorijs gravem Wezyrium in puerū de-
generâsse infantilis testabatur lacryma,
cùm necdum adulta *SERENISSIMI
PRINCIPIS* juventus ereptā barbaris
maturesceret vitâ. Solidabatur tene-
rior planta, centuriatæ hostilitatis casu,
dum per ætatem & innatæ mansuetudi-
nis ductum adhuc molli, dura tamen &
gravi hostibus per exantlatos Gradivi la-
bores manu, aliquot superba Murzarum
colla ex acie sublecta *GENITORI SE-
RENISSIMO* ad plantas, sibi ad gloriā,
Patriæ in fulcrum sternet libertati.
Spectabat tunc Lechicus Jupiter suum
Herculem grandiores elidentem Antæ-
os, gaudebat Serenissimus Æneas suo A-
scanio, quod eodem secum vestigio Vi-
ennensem, Budziacensemq; arenam, eo-
dem & Myrmidonum Dolopumq; cervi-
ces premeret, quidni & Paterna Maje-
stas eidem se submittet calcaneo trium-
phali, in *JOANNE IACOBVM*, in *IACOBO IOANNEM* semper habitura.
Videre erat ruentem ad *SERENISSI-
MI IOANNIS* plantæ basia liberatam
Viennæ fortunam, ruebat & in ample-
xum *IACOBI*, arctiore affectûs vinculo

eum innodatum detinere laborans , per
quem ab hostili compede vindicabatur.
Reviviscebatur Austria , Principe nostro
barbariam exanimante. Idem passus ad
sepulchrales umbras Orienti fuerat, qui
ad Castra Serenissimis cum *JOANNE*
JACOBO. Illacrymari ad tot memoran-
das hostium clades *ALEXANDER*, al-
tum ingemiscere *CONSTANTINVS*
MAGNI PRINCIPES cogebantur ,
dum Paternâ ac Fraternâ lauro totum
consitum videntes Orbem, sibi victoriæ
spatium, superfuturum desperarent. Sed
repullulat hucusq; cæsis verticibus Bi-
stonia excetra Vestræ gloriæ Serenissi-
mi Principes, jam maturiore detruncatis
chalybe capita , quæ in cunis adhuc eli-
dere tenelli suspirabatis Alcidæ. Tunc
enim ipse vagitus infantilis formidandū
hosti videbatur infonare classicum , fun-
debatis lacrymas quòd Geticum nequi-
retis cruentem. Quid ibi pusillum in pu-
sionibus , præter ætatem videre licuit ?
Ipsa minuti at elegantis vultus majestas
magni erat index animi, profunda specu-
latione tenerior defixa pupilla, maximis
intentum negotijs testabatur ingenium,

pur-

purpureis intexti lacerti involucris ad
sustentandum Patriæ Cælum omnino e-
mancipari luctabantur. Adstabat Ve-
stris fascijs ancillans cum Marte Bello-
na, dumque; primam attraheretis auram,
bellicam Gradivus Vobis inspirabat ma-
gnitudinem, quā vegetati, ita vivitis, ut
spiritu principali Patriæ robur, hostilita-
ti fatum pariatis. Non expectastis gran-
diores annos ad demonstrandum quanti-
sitis, in primo ortu *Magnum ALEXAN-
DRVM, Magnum* adoravit Orbis *CON-
STANTINVM*. Magnitudo ipsa Vobis
nascendi fuit initium, ita ut dubitaret
Patria utrum & quando esse inceperitis,
qui adeò Magni statim extitistis. Ipsa
natura non credidisset à se tantos produ-
ci potuisse, nisi *SERENISS: IOAN-
NES* magnitudine sua solvisset dubium,
nunquam minores sibi succedere com-
probando. Tanti ab *INVICTISSIMO
PARENTE* exijstis *SERENISSIMI
PRINCIPES*, ut statim attigeretis Co-
ronas, impleretis thronos, purpuras. Vos
tamen ambientia Vestrum Caput Provin-
ciarum decora arcetis, ut *Cassis & Curæ*
premant augustos vertices, non Patriam.

L

Pur-

Purpuram hæreditario jure à Lucina inductam lacertis, cedere ex humero ferreis thoracibus cogitis absq; Othomanici sanguinis murice nimium decolorem arbitrantes. Hinc *SERENISS.* *ALEXANDER* pubescis Castris Miles galatâq; teruntur nondum signatæ flavâ lanugine malæ. Hinc *CONSTANTINE Magne* Cruce terres Tartarum, ab hoc signo quoties incipis, toties & vivere & vincere definit impietas. Didicit jam nō semel Taurica suo casu, quòd ipsius famæ classico barbarorum castra subvertatis, & clauso in vagina mucrone, triumphetis animatam hostium rabiem, priùs strata hostium colla, quàm bellicam calcantes arenam. Aureliam & Ardeatinam molioribus linquitis semitam plantis, ferream Martis portam ad aureum honoris conclave à *SERENISSIMO* referatam imò è cardine convulsam *PARENTE*, purpureum hostili tabo ascensum ab *INVICTISSIMO IOANNE III.* bene tritū eligitis, hic iter ad solium designantes. Brevi enim eripiet Vos Serenissimus Honor Bellonæ, ut si litigiosa de Vobis cum Gradivo refugiet jurgia, relinquet Vos Martes, sed efficiet coronatos.

PANE GYRICVS
SEXTVS.
DIADEMATA,
SCEPTRA,
PALVDA MENTA
EVROPAE.

TErminare jam immensum gloriæ Vestræ Oceanum paramus, & ecce necdum extremis proris immersam admirationem in primo stantem littore comperimus **NEOSPONSI SERENISSIMI**. Vastissimam dicendorū æternitatem ingressi, finem cum principio, principium cum fine convertimus, adhuc tamen vel in choare, vel desinere non videmur, sed jugiter incipimus concludendo, concludimus inciendo. Nec mirum **LEOPOLDE AVGUSTISSIME**, Sol Imperatorum, Corona Orbis, Primum Europæ Vivens, quod usq; huc cum Augustissima Tua **ELEONORA TERESIA** reposuit Te demississima O-

ratoris penna ; in æternitate Bavariarū
laudum ubiq; principium est. Primus es
Nomine inter Austriacos Imperatores
Leopoldus, Secundissimus Imperandi fe-
licitate Cæsar, Ultimus finiendi sub Te
Othomanici sceptri Terror. Sed tamen
dum Te ultimum ponimus, Principium
Principum veneramur. Quod si post de-
fixas in Constantini turribus Cruces, post
triumphatas tres orbis Threycij partes,
post superata Platonis annosī sæcula, Ro-
manorum, Hungarorum, Bohemorum
REX, etiam Regnum occupabis Cæli,
in Augustissima Prole Tua vivere non
desines immortalis. Rident & Tua inter
lætitiæ hodier næ plausum Lilia *LVDO-*
VICE CHRISTIANISSIME, quorum
illibatus semper in Ecclesiam candor
pulchriùs in Tua resplendet Corona,
quam gemmæ & adamantes. Christiani
Regni amores fæderavit *MAXIMILI-*
ANO CHRISTINA, mortuales illius
cineres in *SERENISSIMI DELPHI-*
NI corde Phænicem excitant dolorem;
cui digna sceptris in posthumo Sanguine
relinquens Nomina, demissa Cælo red-
dita Cælo, non obijt, sed abijt. Auget

Hy-

Hymenæi lumina *COR* Fidei, *LAVS* Ca-
tholicissimi Regni *CAROLVS* Serenissi-
mus, *O* quàm *CLARVS* in ipso Nomi-
ne! Innutrita Phæbi radijs Polona Aqui-
la, refractos ab Hespero in Septemtrio-
nem Principum splendores sibi facit ami-
cos. *CAROLVS CAROLVM* comita-
tur, Secundum Decimusquartus hodie
Suecis felicissimè Regnans. Coronatus
illius Leo per Palatinam Bipontinam de-
scendens Domum, Nuptialibus Leonis
Bavarici assistit coronis. Idem Augusti
Sanguinis nexus, & Te *IOANNES*
GWILIELME Elector Palatine Rheni
Serenissime, ad communem orbis trium-
phum trahit. Trahit Sabaudicas Sere-
nissimi *VICTORIS AMADEI* Cruces,
SAXONIÆ, *LOTHARINGIÆ*,
BVRGVNDIÆ, *PARMENSIVM*,
MEDICEORVM, *LVCEMBVRGEN-*
SIVM, *BRVNSVICENSIVM*, *BER-*
GENSIVM, *VITEMBERGENSIVM*
gloriosa Decora, & quidquid Sceptro-
rum, Diadematum, Purpurarum, Titu-
lorum, Luminum Europa habet, omnia
hæc innectuntur Hymenæi Vestri vin-
culo *NEOSPONSI SERENISSIMI*.


M


Con-

Confluunt huc Pontificia in *PAVLO*,
LEONE, *CLEMENTE* Triregna;
Imperatoriæ in *LVDOVICO*, *HENRI-*
CO, *RUPERTO* Coronæ; Cardinalitij
in *PHILIPPO*, *CONRADO*, *IOAN-*
NE murices; Archipræfuleæ in *RV-*
PERTO, *ERNESTO*, *FERDINAN-*
DO Tæniæ; Ducales in *FRIDERICIS*,
OTHONIBVS, *LVDOVICIS*, *MA-*
XIMILIANIS Mitræ; Præfulei in
PHILIPPO, *GEORGIO*, *AL-*
BERTO Fasces; confluit universa Re-
gnorum Majestas. Quam dum in Vobis
NEOSPONSI SERENISSIMI com-
pendio veneramur, triumphantis Euro-
pæ votis, & nostrum addimus:

Decurrat trabeata Domus, tradatq; coronas
Mutua posteritas, servatoq; ordine fati
Regia continuo numeretur Cæsare proles.







Biblioteka Jagiellońska



star0019765

